



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

55. An iuramentum præstitum raptori, vel latroni sit servandum, vel  
indigeat relaxatione? Et an, si à latronibus captus, cogatur iuraqre se non  
denunciaturum illos iudici, vel Ecclesiæ, an iuramentum ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76432](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76432)

q.3. concl. 2. n. 13. existimat secundum casum supponere aliquid quod non est verum, nimirum u quod possit teneri sicut regulariter loquiendo; quia non teneretur quis iudice interrogante, denuntiante quando ex denuntiatione immuneretur periculum mortis: sed si non obstante iuramento teneretur denuntiare, homines capti à latronibus semper esse in periculo mortis: quia latrones, nisi fecerint sibi cauteri per iuramentum, verisimiliter aut semper, aut communius interficerent captos, ne denuntiantur, quod cederet magis in praejudicium Reipub. quam si quis iuratus non denuntiaret, adhuc denunciarer. Itaque putat Pontius esse obligatum qui sic iuraret semper, ad non denuntiandum, nisi causus extraordinarius esset, in quo denuntiatio aliquorum particularium, ex conditione particulari eorum cederet in magnum bonum Reipubl. praeponendum malo, quod ex morte, quam inferrent tot, quot ab ipsis expectarent, ingraueret. Ita Pontius. Sed cogita an ex eius doctrina tribuatur delinquentibus occasio liberius peccandi, scientibus non esse accusandos vel denuntiantados in danorum publici boni. Itaque auctor cum Valbo Magruejo in *Legionib. Salmanticensib. tom. 2. c. 1.* de iure iurando, n. 8. Si causus occurret obligans sub praecerto promittendem ad denuntiandum, verbi gratia, Si latro adeo nefarius esset, ut eius denuntiatio Reipubl. expediret, tunc non obligaret iuramentum, quasi contra bonum publicum praestitum; sic etiam neque obligat si à iudice interrogatus sit, & in hoc sensu puto intelligendum esse D. Thom. 2. quest. 89. art. 7. ad tertium, Sylvestrum verbo iuramentum 4. quest. 12. & relati a Barbosa i. leg. alia 15. § eleganter num. 23. ff. soluto mat. in. Si vero causus sit, in quo non tenetur denuntiare, & iurauit se non denuntiaturum, quantum in se est & sponte, iuramentum obligat, dum iuridice interrogatus non fuerit, nam tale iuramentum homini praestitum est, & quod absque peccato impleri potest, vt in specie resoluti Soto de *Iustitia & Iure lib. 8. quest. 1. art. 7. ad 3* Manuel Rodriguez 1. tomo, summa c. 192. n. 2.

2. Quod si iuramentum interponatur de non pertenda huius iuramenti relaxatione, receptum est non esse validum, eo quod sit contra bonos mores, vt testatur Couarruñas in *dito cap. quanuis pactum secunda parte* §. 3. numer. 2. Azot. l. i. i. *infringitionum moralium cap. 7. n. 6.* Cauendum tamen est ne istorum iuramentorum relaxatio in religionis catholicae damnum cedat, vt verbi gratia: si captiuus iurasset infidelibus apud quos iniuste detinebatur, se in sua libertatis pretium daturum eis mille aureos, tale iuramentum non esset relaxandum propter scandalum, & ne nomen Dei apud illos blasphemetur, vt resoluti Caieranus 2. 2. quest. 88. art. 7. dub. 1. & ibidem Aragon. *concl. ultima*, Soto *dito lib. 8. i. 1. art. 7. ad 2.* Qui docet idem esse dicendum si captiuus iurasset se illuc esse redditum, nam proculdubio teneretur redire etiam cum mortis periculo propter candem rationem. Idem Valentia 2. 2. *lib. 6. 9. 7. punto 4.*

3. Nota hic vero cum Lessio lib. 2. cap. 42. *lib. 4 n. 19.* & Castro Palao *com. 3. tract. 14. d. 5. p. 2. punt. 7. 8. 5. numer. 3.* Si iuramentum de non accusando, vel denuntiando criminaliter, esset metu extortum, probabile esse non valere.

#### RESOL. LV.

An iuramentum praestitum raptoris, vel latroni, si seruandum, vel indigerat relaxatione?  
Et an si a latronibus capti cogatur iurare se non denunciaturum illos iudicii, vel Ecclesie, an iuramentum illud valere?  
Et additus, si metu mortis cogeneretur iurare se illos non

denunciaturum etiam iudice interrogatum non posse  
care id iurando.  
Ex quo eritam interfertur, an qui ob metum mortis iurare  
alicui comedere carnes toto anno diebus prohibitus  
debeat, vel possit predictum iuramentum fratre, scilicet  
sante metu? Ex p. 8. tr. 7. & Mi. Re. 57.

§. 1. **N**egatiuè videtur respondendum, siquid per  
textum in Auctori sacramenta paberem. C. de legibus  
si aduersus vendit, vbi clarissima haec habentur verbis:  
*Sacramenta per vim, vel per insitum metum extor-  
tum a maioribus, nullis effici momenti iubemus quibus-  
verbis Augustissimus Imperator Fredericus dicit, in  
dicat, se iubere, vt sacramenta metu extorta ipso sunt  
non valent, nec iurantem, quasi minimè interpolantur  
teneant, Id enim significatur, cum dicit aliquid mul-  
tius esse momenti. Non dubium s. in fine, C. de legibus  
Nec mouerit si obiector, de his que per vim, aut in causa  
stuti metum gesta sunt, ita ius est, vt gelatio pro iustitia  
valeant, & actionem pariant, ei qui metum intulitum  
autem passo solidum ita succurri, vt aut actionem  
habeat ad illa respondenda, aut exceptionem adhuc  
improbabili aduerarij actionem, l. metu 9. s. sed quod a  
Prator 3. ff. quod metu caus. gest. erit. Adol. 5. Cod. de impo-  
tibus stipulationis, etenim isthac contraria non sunt.  
Quamvis enim contractus ipse, mere exorsus, ipso in-  
ter sustinetur, artamen iusfirandum ei adiungit, si  
meta extortum est, semper nullus esse momenti nec-  
esse est. Nam siue spectemus actionem eius, qui metum  
intulit, siue exceptionem, qua ille submouetur reperi-  
mus, in virtute re iusfirandum patet illi esse imme-  
lie. Si agit, habet ille quidem iure ipso actionem; sed  
habet ex contractu, non ex iure iurando, ut ipso habi-  
turus ex contractu, tametsi nullum omnino iusfirandum  
interpositum esset. Quatenus autem agens ex-  
ceptione submouetur, ipse ita submouetur, vt ad ea  
exceptionem iusfirmandam nihil momenti iusfirandum,  
ut ppter scilicet, & improbè extortum illi affiat.  
Deinde huc confert textus in cap. chm coninga: l.  
exir. de iure iurando, in cuius fine dicitur, huiusmodi iu-  
ramenta sine vi & dolo praestita, seruari debet. Ego  
a contrario sensu, que vi dolore non caret, seruari  
non debent. Præterea ad hoc pertinent illa: Non est  
obligatorium contra bonos mores praestitum iusfirandum,  
cap. non est obligatorium 59. d. reg. iur. in 6. &  
iusfirandum non est vinculum iniquitatis, c. quanto 13.  
circa medium, exir. de iure iurando. can. inc. cœcata.  
cap. 22. quest. 4. Accedit, quod omni iuramentum quod  
est contra bonas leges politicas (quas condit legitimis  
Magistratus) repugnat ordinatio diuinæ, quandoque  
diuinæ Magistratus & bona leges dicuntur ordinatio di-  
vinæ, teile D. Pauli ad Roman. cap. 13. vñ. Atque  
iusfirandom, & per vim & metu à latrone extortum,  
esse contra leges ciuiles, c. acut ex l. iurisperg. 7. §.  
& generaliter 16. ff. de pact. l. si qui invenimus 11. §. ff.  
ff. de leg. 1. d. 1. Non dubium s. C. de legibus, id est iu-  
ramentum illud, siue iuratum pactum, quo latroni, si  
prædicti pro capite premium promittunt, ut ipso ordi-  
nationi diuinæ repugnans & contrarium, seruari non  
debet. Denique hisce suffragatur auctoritas Ciceronis,  
qui lib. 3. de off. ante finem, sic diserte scribit: Et etiam  
ius bellicum fidelicè iusfirandi facit hosti seruanda.  
Quod enim ita iuratum est, ut mens deferens conci-  
peret fieri oportere, id seruandum est; quod aliter, id si  
non feceris, nullum per iurium efficitur si placidus pro  
capite premium non attuleris, nulla fraus est, nec si iuratus  
quidem id non feceris. Nam pirata non est ex perdu-  
lum numero definitus, sed communis hostis omnium,  
cum hoc nec fides esse debet, nec iusfirandum commone.  
Non etenim falsum iurare, peccare est, sed quod ex ani-  
mi tui sententia iuraveris, sicut verbis conceperit more  
nostro, id non facere, per iurum est. Sicut enim Euipedes,*

Iuravi linguam: mentem iuratam gero.

2. Nec huic sententiaz videntur obitare, quæ à dis-  
sentibus ex verbo Dei afferantur, videlicet, nomen  
Domini Dei non esse temet ipsi vspandum, Exaudi cap.  
20. ver. 7. Deuteronom. 5. vers. 1. Domino vota nostra &  
iuramenta esse reddenda, Psalm. 10. ver. 14. Matth. 5. s.  
vers. 33. Virum bonum, quod iurauerit, etiam cum dam-  
no suo non mutare, Psalm. 15. ver. 5. Item omne ius-  
randum, quod sine dispendio salutis æternæ seruari po-  
test, esse seruandum, dict. e. cum contingat 28 in fin. exir.  
de iure iurando. Hæc, inquit, & similia non obstant.  
Nam omnia cum hac limitatione accipiendas sunt, dum  
modò licitum sit iusrandum, aut modò non permit-  
tatur id, quod sit turpe factu, & contra bonos mores;  
quos scilicet præstando magis Deum offendas, & nomen  
eius violas. Nam vero præstare raptori, siu latroni, tan-  
quam raptori, siue latroni, quod illi p. opter vim & me-  
rum illum, sine quo iuramentum interpositum non  
est, promissum est, id fanè turpe factu & contra bonos  
mores esse constat: vt proinde nec iusrandum in eo  
iurantem obliget, aut seruandum veniat. Tum, quia la-  
troni, siue prædoni date ob promissum, per vim extor-  
tum, est facto suo vim & metum illum comprobare.  
Hoc autem facere, est contra bonos mores, vt diserte  
scriptum est in Lñibl confessi 116. ff. de regulis iuris.  
Tum, quia hoc ipsum turpe & aduersus utilitatem pu-  
blicam censetur, prædoni, seu latroni, tanquam prædo-  
ni, seu latroni, date. Prædo namque, propter vim publi-  
cæ male meritus, dignus est, non qui maleficij præ-  
mium accipiat, aut lucro augeatur; sed potius, qui ege-  
state publicè laboret. l. bona fides; i. in fine principij ff.  
depositi. Et ita hanc sententiam præter Doctores, quos  
citat Sanch. de Narbon. lib. 4. disp. 20. o. 1. n. 3. tenet Do-  
nelli lib. 21. comment. de iure ciuilis. c. 1. Hunnius lib. 1.  
var. resolut. iur. ciuilis. tr. 1. q. 5. Serlerus lib. 1. de iuram.  
c. 20. Bodinus lib. 2. de Republic. 1. Aruanus disp. 2. Col-  
legij criminalis. affer. 1. in fine. & alij.

Sed hanc sententiam negatiuam aliqui afferunt esse  
intelligendam quoad forum exterius, ita Valentia 10. 3.  
disp. 6. q. 6. punt. 4. & Fachinæus lib. 8. contr. c. 101.  
3. Verum hoc mihi non placet, quia obligatio iura-  
menti non solum est in foro conscientia, sed etiam in  
foro externo, & judiciali. Tum quia textus in cap. debi-  
tores, cap. si vero de iure iurando, cap. Abbas, cap. ad au-  
dienciam, de iis sua vi. de foro externo loquuntur, tum  
quia ratio decidendi, ob quam iuramentum obligat,  
nemp̄ obseruari posse absque dispendio salutis æter-  
nae, è quæ in foro externo, ac interno procedit; & ita doc-  
et Pontius de matrimonio, lib. 12. c. 8. n. 17. Dicendum  
est igitur absolute tale iuramentum præstitum raptori;  
vel latroni valere & indigere relaxatione. Probatur ex  
cap. si vero de iure iurando, ubi coactum grauissimo me-  
tu iurare iuri sui renunciacionem, (inquit Pontifex)  
non esse tutum contra iuramentum suum venire; nisi  
tale sit, quod seruatum vergat in interitum salutis  
æternae. Idem habet cap. verum, eodem rit. cap. ad au-  
dienciam, de iis que vi. Seruanda ergo sunt hæc iu-  
ramenta. Quod si in Authentica, Sacra menta puberum,  
dicantur iuramenta metu extorta nullius esse momen-  
ti, intelligi debet, quoad contra eis firmatum, non  
quoad obligacionem iuramenti. Et eadem ratione  
explicari potest textus in cap. quamvis partum, & cap.  
cum contingat, præterquam quod communis sententia  
affirmat; illud Authent. correctum esse per ius canon-  
icum. cap. si vero cap. verum. de iure iurando. Et ita hanc  
sententiam docet viterque Molina, Theologus & Iurisperitus, ille de Iustitia iusto. 1. tr. 2. disp. 149. hic de Hispan.  
Primog. lib. 2. c. 3. n. 12. & 13. Suar. de Relig. tom. 2. lib. 3.  
c. 16. n. 18. Lessius lib. 2. c. 42. dub. 6. Gutierrez de iuram.  
part. 2. c. 17. n. 18. & alij penes ipsos.

4. Nec valer dicere quod in cap. peruenit, de iure iurando,  
deciditur, Episcopum in rebus suis spoliatum &

iurare compulsum quod non repeteret sic ablata, nul-  
lius iuramenti vinculis super hoc posse constringi. Nam  
respondeo cum glossa Felino, Abbatæ & aliis, ibi Epis-  
copum illum fuisse spoliatum rebus Ecclesiæ, quia quia  
sub eius iure & administratione sunt, vocantur eius;  
cum autem teneatur ex proprio officio res Ecclesiæ  
obseruare, nullo modo potuit iurare; non repetiturum,  
quia est iuramentum de iniquo, & sic nullius iu-  
ramenti vinculis potuit super hoc constringi. Et cum  
Pontifex subdit, illum absoluimus, quia nefandissima  
coactione iuravit, intelligendum est de absolutione,  
quoad declarationem, tenua quod factum, id est abso-  
luti declarauimus; vel illum ad castelam, seu de facto  
absoluimus, non quia necessarium sit, sed ob maiorem  
securitatem. Secundò respondeo cum Suarez lib. 1. de iu-  
ramento, cap. 10. n. 7. & Sanchez lib. 1. summ. c. 11. n. 37.  
admitendo Episcopum fuisse spoliatum rebus suis,  
non Ecclesiæ; (haec enim impropiè dicuntur Episco-  
pi) fuisse compulsum iurare, non repeterere, suis sequē  
propriè absolutum: quia Pontifex nullam aliam cau-  
san absoluendi iuramento assignat præter metum,  
tacite immens solam illam esse causam relaxacionis. Si  
autem spoliatio facta esset de rebus Ecclesiæ, etiam fe-  
clusa coactione iuramentum de illis non repetendis es-  
set nullum, virtute de re iniqua. Ergo Episcopus non  
rebus Ecclesiæ, sed suis spoliatis fuit. Hoc si ipso  
respondeo nullius iuramenti vinculis posse constringi  
firmiter, & irreuocabiliter, quæque relaxari non possint.

Non deferam tamen adnotare Sanchez de Narbon.

lib. 4. disp. 20. o. 1. n. 3. sententiam negatiuam probabi-  
lem reputare; sed, ut dixi, mihi non placet.

5. Sed ex his oritur alia quæstio. An si à latronibus sup. hoc in  
captus cogatur iurare, se non denunciaturum, illos iu-  
dicet interrogatum, non peccare id iurando, quia cum  
vite periculo nemo teneat iudicii iuridicæ alias inter-  
roganti respondere, quod quidem difficile est; quia in  
hoc etiam casu promittunt cum iuramento aliquid,  
quod sine peccato fieri potest. Quamvis enim metus, &  
periculum mortis excusat regulariter à respondendo  
iudicii, in hoc casu tamen quando index postea interro-  
gat, nullum mortis periculum est, cum iam sit in tuto,  
qui interrogatur: ergo secluso iuramento, tenebatur hic  
& nunc respondere: metus autem mortis precedens  
non excusat à respondendo postea, cum iam omnino  
cessarit illud periculum quod excusat poterat. Sieut si  
ob metum mortis iurassæ aliqui comedere carnes toto  
hoc anno diebus prohibitis, certum est, quod postea,  
cessante metu, non deberes, nec posses illud iuramen-  
tum seruare, quia licet durante metu possis id facere, si  
non inferrebas metus, & exigebatur in odium, & con-  
temptu religiosi; cessante tamen metu, eo ipso cessa-  
bat ratio excusans ab obseruatione præcepti Ecclesi-  
stici, quare promissio talis eius ponendi post adlatum  
metum esset promissio rei illicitæ. Melius ergo Sotus  
lib. 8. de Iust. 1. art. 7. ad 3. in 2. membro. Manuél pñnt. 1.  
tom. summo in 2. editione, cap. 92. numer. 2. & Aragon.  
2. 2. quest. 89. art. 7. circa solutionem ad 3. in fine, dixerunt  
G 2 cum

Sup. hoc in  
ref. not. præ-  
teritæ, & in  
codem 9.

cum aquiuocatione ad decipiendos eos, non tamen posset permittere in sensu latronum, & multo minus deberet, aut posset pofta illud implere, etiam si licet, vel illicite ex animo iurasset. Et haec omnia docet Cardinalis de Lugo de Iustit. 10. 2. disp. 22. sect. 8. n. 235.

## RESOL. LVI.

*Quidam iuravit dare meretrici pro actu fornicario certum aureos quaefti postea, et ratione prefti iuramento tenet eos solnere?*  
*Ei promiffo facta meretrici pro actu turpi, etiam secluso iuramento, an absolute non obliget in conscientia? Ex P. 4. tr. 4. & Mifc. Ref. 27.*

Sup. com. §. 1. **R**espondi negatiue, quia promiffo prodiga in hac Ref. etiam iureirando firmata obligat, solum ad iusta in tr. 7. quantitatem, in qua nulla eft prodigalitas, non verò Ref. 59. & in quod incrementum, vt tradit Sotus lib. 4. quæf. 7. art. 1. tom. 6. tr. 7. per ad 2. Martinus Ledesma in 2. part. quarti. 9. 18. art. 5. toram, & si §. circa 2. membrum. Mercatus de contractib. lib. 6. c. 16. Counteria fi Palacio de contract. lib. 5. cap. 1. Aragon in 2. 2. q. 89. ne §. 1. & quæf. 7. Salonus in 2. 2. quæf. 62. art. 5. controuersi. 4. us. nō plene. art. 7. Bannuz dub. 5. conclus. 3. & alij licet virita melius probabiliter Molina de iustit. tom. 2. disp. 27. 1. & alij pateat solu. contrarium lentiuit. Itaque obligauit dictum consulento huius tem per manus alterius persona solnere tantum illam quæf. vide pecuniam summam, quam huicmodi meretricibus dare confuerunt viri eius conditionis & quales: nam cum talis promiffo fuerit prodiga, etiam iuramento fuerit vallata, obligabat tantum ad illam summam, in qua nulla aderat prodigalitas.

2. Nec valer dicere cum Caietano in 2. 2. quæf. 32. art. 7. & Valentia tom. 3. disput. 5. q. 6. r. unif. 5. quod in promiffione meretrici facta, licet adit culpa, quod sit approbatio actus turpis, & ad eum inducitio, at in solutione post actum turpem, vt erat in casu nostro, nulla adest culpa, ergo, &c. Nam respondeo, quod hoc argumentum vim haberet, si promiffo illa non fuisset prodiga, & ideo ego iuuenem illum obligauit ad illam mediocrem summam, sed non procedit in tota summa promiffionis prodigæ, vt est in casu de quo loquimur.

3. Nota etiam quod multi probabiliter sentiunt, vt ego ipse alibi notaui, promiffionem factam meretrici solutionibus pro actu turpi absolute non obligare in conscientia præteritia, etiam post actum turpem, secluso tamen iuramento. in prima.

## RESOL. LVII.

*An si amicius, & meretric iurevit fidelitatem, nempe, vt nullam aliam personam carnaliter cognoscant, tale iuramentum obliget? Ex p. 9. tr. 8. & Mifc. 3. Ref. 9.*

§. 1. **A**ffirmatiuam sententiam docet Sanchez 10. 1. lib. 3. cap. 15. num. 17. vbi sic ait: [Hinc deducitur, quid dicendum sit de promiffione iurata, vel non iurata, qua duo concubinarii promittunt sibi fidelitatem vel solum alter alterius id est, fore vi promittens nullam aliam personam carnaliter cognoscatur. Videatur enim ea promiffio minime obligare; quia finis est malus nempe, amicitiam eam turpem conseruare. Sed existimo, hoc iuramentum, vel promiffionem obligare; quia, ut iuramentum homini præstitum in eius favorem obliget, nihil refert, an iurans id promittendo peccari, sed tantum spectandum est, an possit impleri absque culpa. Et eadem priorius ratio est de promiffione humana. At obiectum huius promiffionis, nempe, ad nullam aliam personam fornicando accedere, potest

impleri absque peccato; cum non sit necesse, vt id finem turpem exequitioni mandetur; & quoniam si id promittendum induxit; at re vera promiffo illa est, vt merces, & stipendum ylus præteriti corporis. Sic, si o eum finem promisso illi nuprias, aut pecunias aliquam, teneretur implere, Ita ille,

2. Sed ego magis ad hæc negatiue sententia, quam tuctur Fagundez in Decalog. tom. 1. Precep. 2. lib. 2. art. 4. num. 19. Dico igitur, talera promiffionem, siue iuramento confirmata sit, siue non, minime obligare. Probatum primò: quia finis huius promiffionis, nempe, turpem amicitiam cum concubina futare, malus est, & de peccatum mortale; iuramentum autem ad peccatum obligare non potest, cum non sit vinculum iniquitatis. Secundò, quia eam promissio non fit, nisi vt magis, magis que in sua turpi amicitia conseruerunt, in peccatoque concubinaria diutius, remots occasionibus, quia a tali peccato illos amouere possunt, darent, ac perlevent: promiffo autem, ac iuramentum vinculum iniquitatis esse non potest; tali autem efficit ad hoc obligaret. Quemadmodum enim si quis iuraret ei promitteret se non remotorum occasione peccandi, tali promiffio, & iuramentum non obligaret; ita nec hoc iuramentum, aut promiffio obligat, eum perinde fit iurare hoc, ac illud, ut patet. Nec obstat, quod obiectum talia promiffionis, nempe, non accedere ad aliam, impedit possit absque peccato, in modo quod non possit non impleti sine peccato: quia, quando dicimus, in promiffionibus, & iuramentis solum esse attendendum, an exequio illorum sit licita, vt obligare censeamus, intelligendum est, modò inde nullum peccatum inconveniens sequatur: hic autem sequitur, vt manifestum probatum est. Et quanvis peccatum committi debet, si non impletur promiffio, facit elyta non valet, quod firmitas illius habita ex iuramento sit occasio permanendi in peccato, & vt dicamus non debet dari, ne iuramentum sit vinculum iniquitatis.

## RESOL. LVIII.

*An prorogato tempore, v.g. ad preferendam sententiam, censetur etiam prorogata obligatio parendi tali sententia ex vi iuramenti prius prefallis. Ex p. 9. tr. 8. & Mifc. 3. Ref. 7.*

§. 1. **N**egatiuè respondet Azot, tom. 1. lib. 11. c. 8. quæf. 12. ex cap. Clericus de iurandis. vbi deceruit Pontifex Clericum, qui iuravit, se fianco edicta in Ecclesia sua seruaturum, promittens per idem iurandum statutum postea editum fideliter obseruantur, licet praefare debuerat promiffum, non tamen vi præsteti iuris iurandi ad id fuisse obligatum. Et Abbas Antonius Butrius, & alij ibi annotarunt iurandum ad noua, aut futura non pretendi. Vnde, si famulus cum domino conuenierit, & conventionem primo iuraverit, & postea, id domino exigente, iurandum primum ad alia extenderit, non extendit, vt ait Abbas in cap. Clericus, de iureir. Archidiaconom fecatus. Item, si quippiam aliquis domino iurando dixerit, & deinde aliud per iurandum antiquum mendaciter affirmaverit, & mendax est, perinus non item, vt idem Abbas ait. Præterea, si Notario, vel Iudici deuri facultas, vt instrumentum, vel syngrapham, aut chirographum extendit ad alia; non eo ipso iurandum ad alia protendit, licet instrumentum vna cum iureirando ad alia transatur, vt docent Antonius, & Abbas cap. Clericus de iurando. nisi in his omnibus denio iurauerit, aut nisi ei expressum dicatur: Iura per primum iurandum, hoc est, per formulam in primo iureirando conceptam, Iura per primum iurandum, sicut per lacram rem, vt ait Abbas loco citato.